

6110 C. Vettio Attico et | C. Asinio Praetextato cos.¹ | pr. idus April. | Peltuini Vestinis in curia Aug., ordinem habentibus T. Avidi|acco Restituto et T. Blaesio Natale aedd. qq.², scribundo ad|fuerunt^{2a}. Quod universi verba fecerunt: | Nummiam Variam, c. f.³, sacerdotem Veneris Felicis, ea adfecti|one adque prono animo circa nos agere coepisse pro instituto | benivolentiae suae, sicut et parentes eius semper egerunt, ut | merito debeat ex consensu universorum patrona praefecturae | nostrae fieri, quo magis magisque hoc honore, qui est aput nos potissi|mus, tantae claritati eius oblato dignatione benignitatis eius glori|osi et in omnibus tuti ac defensi esse possimus, q. d. e. r. f. p., d. e. r. i. c.⁴: | Placere universis conscriptis Nummiae Variae, c. f., sacerdoti Veneris | Felicis, pro splendore dignitatis suae patrocini|um praefecturae nos|trae deferri petique ab eius claritate et eximia benignitate, ut hunc | honorem sibi a nobis oblatum libenti et prono animo suscipere | et singulos uni-versosque nos remque publicam nostram in cli|entelam domus suae recipere dignetur et in quibuscumque | ratio exegerit, intercedente auctori-tate dignitatis suae, tutos de|fensosque praestet; tabulamque aeneam huius decreti n.⁵ verba conti|nentem offerri ei per Avidiacum Restitutum et Blaesium Natalem qq., | item Numisenum Crescentem et Fl. Priscum pri-mores ord. n.⁵ viros. Censuer.

Romae olim, tabula aenea (IX 3429 ad ectypum servatum in codice Pighii Berolinensi cf. Huebner ex. scr. epigr. n. 878). — 1) A. 242. — 2) Aediles quin-quennales. Apparet Peltuini aediles summum magistratum fuisse; cf. Mommsen C. I. L. IX p. 324. — 2a) Aut desunt nomina eorum qui scribendo adfuerunt, aut corrigendum: scribundo adfuerunt universi (cf. N. 272). Quod verba cet. — 3) Cla-rissimam feminam. Eadem Varia memoratur IX 395. 3456; fortasse eadem est V 4535. — 4) Cf. N. 6106 not. 6. — 5) Nostri.

6111 Populonii¹. | Dd. nn. Crispo et Constantino iun. nobb. | Caess. iterum III idus Mart. cons.², | coloni coloniae Concordiae Ulpiae Traianae | Augustae Frugiferae Hadrumetinae | Q. Aradium Valerium Proculum v. c., praesidem provinc. Val. Byzacenaе, liberos posterosque eius | sibi liberis posterisque suis patronum coopta|verunt. Q. Aradius Valerius Proculus v. c., praeses | provinc. Val. Byzacenaе, colonos coloniae Com|cordiae Ulpiae Traianae Augustae Frugiferae | Hadrumetinae, liberos posterosque eorum in [f]dem clientelamque suam liberorum | posterorumque suorum recepit.

6111^a dd. nn. Crispo et Constantino nobill. Caess. II coss. | V idus April. | decuriones et coloni coloniae Aeliae Au|gustae Mercurialis Thaenit.³ cum Quin|to Aradio Valerio Proculo v. c., praesid. s.^{3a} | provinc. Val. Byzac., hospitium clientelamque fecissent⁴ et sibi liberisque suis | posterisque eorum cooptassent, Quintus | Aradius Val. Proculus v. c., praes. provin. Val. | Byzac. a decurionibus⁵ et colonis col. Ael. Aug. | Merc. Thaenit.